ODO LUCENSIS. FLORUS LUGDUNENSIS. GUALTERUS DE MAURITANIA. SENTENTIAE. HUGO DE SANCTO VICTORE

Waldsassen (Oberpfalz) (?), Ende 12. Jh. Seite 28r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=460
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

uit. statim illuc dimissus sit. et non quidam ex aliis. Origenes non dicit quod ulli
um a sanctis iuste et pudice uiuentibus uincuntur. non habent potestatem amplius
temptandi alios. sed statim illuc diriguntur. quod satis ueri simile est.
Origenes. Puto non sane quia sancti repugnantes adversus illos incentores
et uincentes minuant exercitum demonum. uelut quam plurimos eorum
interimant. nec ultra fas sit illi spiritui qui ab illo sancto caste et iuste uiuen
do uictus est impugnare ... rursum alium hominem. De nouem ordinibus angelorum.

Sciendum quoque est quod boni angeli ita sunt confirmati per gratiam. quod pec
care non possunt. mali obstinati per malitiam quod bonum facere non pos
sunt. Ad hoc opponitur. quod liberum arbitrium habent. Ergo in utramque par
tem flecti possunt. Sed non ideo dicitur liberum arbitrium ut in suo loco osten
demus. sed liberum arbitrium id est uoluntarium. Sunt boni non necessitate
cogente. sed libera uoluntate a malo abstinent. et similiter mali
a bono. Iterum opponitur de hoc quod Ieronimus dicit. Solus deus est in quem
peccatum cadere non potest. Ceteri cum sint liberi arbitrii in utramque partem su
am flectere possunt uoluntatem. Sed qualiter hoc intelligendum sit. ex his sub
Ysidori conicere possumus. Angeli mutabiles natura. inmutabiles
gratia. Unde uidetur concedendum. boni angeli possunt peccare ex sua
natura. id est eorum natura non repugnat ad hoc. nec tamen concedendum est
boni angeli possunt peccare. sed potius peccare non possunt. id est gratia per quam con
firmati sunt ad hoc repugnat. Et quamquam mali per maliciam obstinati
obstinati sint. tamen uiuacem sensum non amiserunt. qui ut dicit Ysidorus tri
plici acumine scientie uigent. subtilitate nature. experien
tie temporum. reuelatione superiorum potestatum. Augustinus. Spiritibus mali
quedam uera de temporalibus rebus nosse permittuntur. partim subtilita
te sensus. partim experientia temporum. calidiores propter tam magnam
longitudinem uite. partim sanctis angelis. quod ipsi ab omnipotente deo